



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Nequitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

In quam quidem poetices amenitatem quam *ἡ πρῶτος*, ideo tamen desistere collibuit, quia dum hæc commentarer venit in mentem mihi epigrammatis Cornelii Castalii Feltrensis, Jurisconsulti in foro Veneto clarissimi, quod neminem eruditum legisse poeniteat :

*Afrani, & Capito fratres, Neptunia proles,
Quorum jam tota est aurea facta domus :
Ambigitur multum de vobis, pejor uter sit :
Nam nemo id dubitat ne sit uterq; malus.
Iudice me Capito tu longè ex pessimis omnium,
Et tamen est frater te quoque deteriòr.*

Quod quidem scomma desumptum est ex epistola Phalaridis ad Adimantum, quam commodi causa libuit adscribere, *ἀκούω σε λέγειν ὅτι ἀδελφόν, ὁπόπερ ὑμῶν ἐστὶ χειρῶν, σὲ μᾶλλον λέγοντι, ἐκείνῳ ἢ τῷ ὑμῶν. ἐγὼ ἢ οἰομαι, μᾶλλον ἢ καλῶς πεπεισμαι, ἢ μᾶλλον ἀπίσταν ἐκείνον εἶναι καλῶς ἢ τὸν ἐκείνον, ὅτι ἀδελφὸν ἀπάντων εἶδονα.* Audio te cum fratre tuo alterari, uti vestrum peior sit, cum tu quidem illum dicas, contra vero ille te: Ego vero existimo, imo perbelle mihi conperitum est, illum usq; aliis omnibus, te vero uno, neq; aliorum hominum quempiam esse peiorem. Ad id illud unum, si non fati nugarum est, quod ad Phocylidæ nomen epigrammati Græco insertum pertinet, videndum an eo spectet id falsè dictum à Cicerone epistola ad Atticum libri quarti nona, *ἐγὼ τὸ δὲ Φωκυλίδου, ubi Pompejum perstringere videtur, qui licet egregie de Repub. loqueretur, parum tamen aut nihil differret à cæteris.* Unde illud ad eundem Atticum lib. vii, Epist. *Dionysius vir optimus, ego quos tu bonos esse dicas non intelligo, ipse nullos novi:* id quod probando latissimè prosequitur. Sed nos jam fati.

NEQUITIA. CAP. XI.

Sal. Egyptii odio maximo, & quare.

Quoniam vero mare ipsum in primis falsum est, & sal inde plurimum conficitur, totumq; illud elementum si exficari possit, in sal abiturum est: Egyptii ipsum quoque sal ita averabantur, ut ne pane quidem salito vescerentur, quippe cum vivendi, ut sæpe dictum, puritatem in primis adamarent, id fixum immotumq; animo gerebant, ut omnia nequitia irritamenta summovent: itaq; sal ipsum summo studio rejiciebant, quod meram esse nequitiam intelligebant, cum, propter calorem sal irritare libidinem, feminalemq; vim expergefaceret, & acueret feratur, unde salacitas petulantia nomen. Exemplo vero sint ostrea & conchylia in hunc usum à nepotibus summo studio conquisita.

Quasi dica saligenam.

Quin etiam mures afroso sale prægnantes fieri tradit Aristoteles. *ἀλιγενής* præterea Venus, illique salacitatis ergo sanum ad portum maris aruspices poni apud veteres jubebant. Et marini Dei omnes lasciviores sæcundioresq; ponuntur à Poetis: Nimirum & illa Cæli virilia Saturni salce rescissa, & in mare prolapsa, Venerem gignunt: quippe omnes fructuum vires abscessa, atq; in hi mores viscerum veluti in mare projecta, sicut illic Venerem, ita hic libidinem gignunt: Theologi nostri sentiu longe leciore sal accipiunt pro doctrina Evangelica, idq; sibi velle quod capite Levitici secundo dicitur: *Quicquid obtuleris sacrificii sale condidis, nec auferes sal fæderis Dei tui de sacrificio tuo: in omni oblatione offeres sal:* quasi dicere velit Legislator, quodcumq; docueris, quodcumque correxeris, in quacumq; virtute versatus fueris, ad Apostolicam imitationem atq; imitationem tete accomit edas.

Hinc obscuriorum obsonium dicitur.

sal enim terra Apostoli, Domini ipsius testimonio. Nam sicut omnis cibus ad nutrimentum aptus, diceret Hefychius, omnimodo sale conditur: ita omnis sermo utilis ad juvandum, Apostolicæ omnimodo sapientiæ necessarium habet condimentum. Sed ut ad mare revertamur, fluxum id atq; subricum, non uti sal, solidum & frugalibus usibus commodum. Minimè prætereundus hic in divinis literis locus, ubi legere est Jordanem fluvium retrorsum fontem vel sus cursum suum reflexisse, quod, ut D. Ambrosius opinari videtur, significat mollitudinem animi ad maris lascivium profluentem cursum tenuisse, & ad fontem, quippe ad originem, hoc est Deum animi ipsius authorem conversum esse.

Hinc salinam vitium.

Quoniam vero scriptum est partem aquæ Jordanicæ defluxisse in mare, partem vero conversam substituisse: Adamantius, qui per Jordanem baptismum intelligit, sententia priori non absimili figuram hanc esse dicit, ut per subsistentes aquas accipiamus eos, qui eo abluti lavacro, in pietatis dulcedine perseverant: per eam vero partem quæ defluit in mare, intelligamus eos, qui licet ad baptismum venerint,

